

Frater Henricus miseratione divina Episcopus Osiliae
 et Maritimae universis presentem paginam
 inspecturis salutem in Domino Iesu Christo

Joedus initum ab Episcopo Ossiliem. cum Fratribus
 Theutonicis Livoniae

Desiderio desiderantes sponsam Ecclesiam nobis licet
 indignis creditam, rudem adhuc et novellam ad
 cultum provehere meliorem, quo magis in oculis
 caelestis sponsi fuerit gratiosa, plurimum fui-
 mus impediti multis nobis inique adversanti-
 bus, et praecipue ruffallis nostris, qui bona mul-
 ta Ecclesiae nostrae violenter contra iustitiam
 retinendo, et censuram ecclesiasticam pro nihilo
 reputando, iuri parere penitus recusarunt. Hi-
 dimus itaque et liquide cognovimus alienata
 ad ius Ecclesiae revocari, tyrannidem adversan-
 tium refranari, et Ecclesiam in multis promo-

veri non posse per alios, quam per fratres Do-
mus S. Mariae, De consilio et consensu venera-
bilis patris W. Episcopi quondam Mutinensis
Poenitentiarum Domini Papae Apostolicae
Sedis Legati confederati fuimus in forma
subscripta cum fratre N. Magistro in Livonia,
et fratribus eius ordinis memorati, ut vide-
licet fratres ex donatione nostra quartam
partem habeant in Maritima, et septem
super Milegundis, et I. uncas in Maritima, vel
officia, prout nobis placuit, et ubi eos solui-
mus assignare, cum omni decimatione, et
iurisdictione, et libertate tam in habitis, quam
habendis, et in piscationibus, et aliis uni-
versis, nisi quod nos et successores nostri
ibidem debemus spiritualia procurare. Ne

rum tamen exceperimus primo 3000. uncas, quos
pro fundanda Ecclesia Cathedrali retinemus,
quorum tamen redditus in aedificationem ca-
stri, quod dicitur Stemberch per triennium ex-
pendantur. Idem autem 30. unci de medio-
cibus debent nostro arbitrio terminari. E con-
trario Magister et fratres praememorati do-
naverunt nobis in omnibus villis et terris de
Mone libere quartam partem. Itaque prae-
dicta bona omnino non dividantur, sed com-
muniter possideantur usque ad 10. annos. Sic
tamen ut infra tempus memoratum, post
tres tamen annos, infra quos omnia cedent
ad communes expensas, de redditibus, et de in-
ditis recipiamus nostras tres partes, et fratres
suam quartam. In hoc etiam convenimus, ut

molendino, et allodia iam facta, et infra decem-
nium facienda communibus fiant expensis, et
equaliter dividantur. Similiter et praedictum
castrum sicut suburbio communibus aedificetur
expensis, et aequaliter dividatur, et pro
media parte a fratribus conservetur, et tam-
~~men~~ ex parte nostra, quam ex parte fra-
trum sint ad minus decem personae in con-
servatione castri ad defensionem congruen-
tes et expeditae, ex quibus sex sint fratres ex
parte fratrum. Turris autem et porta castri
ad nos pertinebunt, nec fratres unquam in
parte sua turrim construant sine nostra,
et successorum nostrorum licentia speciali. In
circuito vero castri ad Maresiam eius pertineat
usque ad dimidium eius miliare, sine preiudi-

cio rusticorum. In hoc praeterea convenimus, ut si infra miliare a castro vel alias videbitur villa forensis, vel manitio construenda, fiat communibus expensis, et aequaliter dividatur. Divisio autem post decennium, secundum quod sors dederit, terminetur. Supradictam confederationem fecimus cum fratribus hac de causa, ut ipsi fratres defendant et tueantur nos, et successores nostros, homines, et res nostras, sicut suas proprias, etiam brachio saeculari, et hoc promiserunt Magister et sui fratres se perpetuo servaturos. Item promiserunt nobis, et successoribus nostris armata manu assistere contra omnes, qui a legitimo iudice iudicati, et excommunicati per annum, et mensem in excommunicatione persistentes bona Ecclesiae nostrae contumaciter


detinent. Alodia, et molendina, de quibus
supra dictum est, cum agris pratis, et aliis
pertinentiis suis tempore suo aequaliter
dividantur. Ut autem nostrae foederatis
nis ordinatio robor perpetuae firmitatis
obtineat praesentem paginam sigilli no-
stri appensione duximus roborandam. Do-
tum in Maritima anno Dominicae In-
carnationis 1237. Pridie Calendae Martii.

Descriptum et recognitum ex Libro ms., cui titulus: Nunciatura
di Polonia, tom. 12. pag. 323., qui adservatur in Tabulariis Se-
cretioribus Vaticanis. In quorum fidem &c.

Dabam e Tabulariis praefatis nonis Maiis MDCCCXXXVII. In-
dictione X. Pontificatus vero Nomi in Christo Patris, et
Dni Nri, Dni Gregorii div. prov. PP. XVI. an. VII.



M. Marini
Tabularior. S. R. E. Praefectus




quos asservatur in sabu

In quorum fidem &.

Debam &c. V. Kalendas

Tab





Adhuc, etiam etiam de quibus
 supra dictum est, non solummodo et aliis
 pertinentibus suis tempore non iniquitate
 observantur. Et autem nobis, fidentes,
 nos ordinatis robur perpetuae firmitatis
 obtineat presentem paginam, sigilli no-
 stri appositione, duximus roborandam. Dat.
 tunc in Martima anno Domini M.
 carnationis 1271. Idibus Calendis Martii.

Description et description in Libro ms. de titulis Augustina
 de Polonia, tom. II. pag. 923. qui adnotatur in Tabularis de
 cretoribus Martimanis. In quibus fides hic.
 Dabam e Tabularis principalis nomine Anno MDCCCXXXVII. In-
 natione X. Pontificatus sancti Leonis in Christo P. P. et
 P. P. Gregorii de pro. P. P. XV. Ann. VII.



M. M.
 Tabularis P. P. P. P.

